



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI LIBRI QVATVOR.**

**Cucchi, Marco Antonio**

**Coloniae, 1564**

**VD16 ZV 4150**

Ecclesijs ædifica[n]dis, uel restituendis, uel sacriendis. xij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62908)

LIBER SECVNDVS. 149

rant in eis cōsecrandis: nec nisi lapidea  
 sint, consecrari possunt. <sup>l</sup>Solennitates *l c. altaria.*  
 sunt hæ, nam post altaris inunctionem *ea. dist.*  
 Chrismate factam, & benedictionē ei à  
 Summo Sacerdote tributam. <sup>m</sup> in facie *m c. vni. h.*  
 ipsius altaris vel dextro cornu fenestel- *fin. de sacr.*  
 la aperitur, in qua sacræ sanctorum re- *unct. c. al.*  
 liquiæ conduntur vnà cum nomine il- *taria. c. pla*  
 lius Sancti cui altare dicatur, & nomi- *cuit. ea. dis.*  
 ne Episcopi ipsius, qui sacrū facit: quæ  
 fenestella deinde paruo lapide vel qua-  
 drato, vel rotūdo operitur, qui lapis si-  
 gillū appellatur. <sup>n</sup> Quæ in altari immo- *n Abb. c. i.*  
 to & stabili procedunt, sed & alia alta- *eo. titu.*  
 ris forma est, quòd portatile, seu viati-  
 cum appellatur: quia per diuersa loca  
 facile transferri potest, & itineri etiam  
 est aptum: estque lapis paruus foramen  
 habens, & consecrationem, lapide su-  
 perimposito. <sup>o</sup> Possunt etiam plura al- *o Ab. d. e. i.*  
 taria in eadem ecclesia simul consecra- *p ca. cum*  
 ri. <sup>p</sup> Altari autē amoto & sigillo fracto *sis. eod. tit.*  
 & diminuto denuò id consecrabitur. <sup>q</sup> *q c. i.*

De Ecclesijs edificadis, uel restituen-  
 dis, uel sarcien- **Tit. XII.**

**S**I quando contingit ecclesias instau-  
 ratione aliqua egere, putà, vt tecta,  
 aut parietes ruinam minantes sarcian-  
 tur,

G 3 tur,

tur, vel fulciantur, aut iam lapsi resti-  
tuantur, subire hoc onus debet ipsius  
Ecclesiæ Rector, si quarta huic vsui à  
sacris canonibus ex redditibus ecclesiæ  
assignata non sufficiat, & ipsi Rectori  
prouetus supersint, vnde hos sumptus  
ferre possit, nullaque consuetudo hoc  
oneris ad laicos transtulerit.<sup>a</sup>

*a c. i. vbi  
glo. et c. de  
his. de eccl.  
edifican.*

Item sciendum licere interdum in  
aliena parochia nouam ecclesiam ædi-  
ficare, si publica vtilitas id flagitet. ve-  
luti, si ita absit parochia ecclesia, vt non  
facile animabus curæ eius creditis, vbi  
necessitas exegerit, præsto esse possit,  
ex quo sæpè eueniat plures animas in  
periculum adduci, tunc enim ecclesia  
construi poterit, quæ animabus oportu-  
nior sit, & ipsi Ecclesiæ veteri ius Re-  
ctoris in ea præsentandi vnà cum pa-  
trono, qui eam fundauerit, competet.<sup>b</sup>

*b c. iii. eod.  
titu.*

### De Renuntiatione. Tit. XIII.

**Q**ui beneficia, vel dignitates ali-  
quas habent, illas interdum re-  
nuntiant; quòd cum venia prælati, cui  
subsunt, facere debet.<sup>a</sup> nam si vel præ-  
lato incòsulto, vel fortè in manibus lai-  
ci cuiuspiam quis sacerdotium suum ab-  
dicarit, nulla erit abdicatio, quòd ad

*a c. almo-  
net. extra  
eod.*

præ-